

4. in 3. p. dis. 11. sec. 2. n. 22. Bellarmi-  
nus tom. 2. controv. 2. de membris Ecclesie  
l. 2. de Monachis c. 13. §. Primum est.  
Vasquez tom. 4. in 3. p. q. 87. a. 1. dub. 1.  
n. 22. Tannerus tom. 4. dis. 6. q. 4. dub.  
1. n. 10. Coninck tom. 2. de sacram. dis.  
2. n. 123. Martinus Perez de penit. dis.  
10. sec. 5. tr. 8. Layman l. 5. tr. 6. c. 4.  
13. Fillius tr. 6. c. 5. n. 114. & 115.  
Amicus tom. 8. de penit. dis. 6. n. 40.  
Lugo de penit. dis. 9. n. 15. Dicatillo tr.  
8. de penit. dis. 2. n. 368. Pallavicinus l.  
7. de penit. c. 8. n. 95. Rhodes tr. 9. de  
penit. dis. 1. q. 3. sec. 3. §. 1. Gormaz de  
penit. n. 278. & 280. & plures alii, ut a-  
deò immorito videatur hoc in dubium vo-  
care Gervasius Brisacensis tom. 6. tr. 5. de  
penit. dis. 1. n. 46. ubi se referit ad tom.  
4. tr. 4. de virtut. Theol. dis. 3. n. 45. &  
ait. Arriagam petere, ut contritio exclu-  
dat peccata venialia; cum tamen iste tom.  
8. de penit. dis. 8. sec. 2. n. 12. expresse  
doeat, id non requiri. Quamvis autem  
unus, aut alter auctor, nobis contrarius sit,  
id non obest communione opinioni.

272. Prob. autem conclusio 1. hac i-  
psa communissima autoritate, quæ maxi-  
mi ponderis est, in materia hac dogmatica,  
quæ tota pender à voluntate Dei, quâmque  
debemus per revelationem, vel auctorita-  
tem cognoscere. Probatur 2. ratione Ad  
contritionem non requiritur amor inten-  
sissimus, vel perfectissimus (qui utique non  
est compotibilis cum peccatis venialibus)  
sed tantum requiritur amor, quo impletur  
quoad substantiam primum mandatum, dilig-  
endi Deum super omnia, seu ex toto corde,  
ut magis patet ex infra dicendis: talis  
autem amor est actus, qui quidem non ipse  
adharet objecto venialiter malo (alii ipse  
est intrinsecus malus, & non est actus  
Theologicus) sed tamen stare possit cum a-  
lio actu, tale objectum amplectente, adeo-  
que venialiter peccaminoso: ergo.

Confirm. 1. Peccata venialia non sunt  
opposita legibus amicitiae inter Deum, &  
hominem, nec excludunt amicitiam Dei:  
ergo non debent etiam ipsa necessariò excludi  
ab amore amicitiae, seu contritione justifi-  
cativa. Confirm. 2. Juxta adversar. sen-  
tentiam communis hominum fors non faciliter  
elicet contritionem justificativam; quia  
homines, communis virtute contenti, non ita  
facile efficaciter excludunt omnes affectus  
venialiter malos: & quamvis parati sint, ad  
observanda mandata gravia, non semper ita  
parati sunt ad levia quaque implenda, seu ad  
res quasvis sub levi pracepta, attamen homi-  
nibus imperfectis fatis difficiles, adimplen-  
das; hinc dritque est discrimen inter actum  
contritionis, requisitum, praeceps ad justifi-  
cationem, & alium requisitum ad indulgen-  
tias plenarias lucrandas.



## ARTICULUS VIII.

### Solvuntur Objectiones.

273. O B. 1. contra 1. conclusio. Scri-  
ptura exigit summa intentionem doloris ad con-  
tritionem: ergo necessaria est illa inten-  
sio. ant. prob. Michæl. 4. v. 10. dicitur:  
Dole, & fatigare filia Sion, quasi parti-  
riens. & psalm. 37. v. 9. Ragibem à ge-  
mitis cordis mei. ergo. Confir. 1. Scriptura  
reprehendit actus remissos; nam dicitur.  
Apocal. 3. v. 16. Quia repudias es, & nec  
frigidus, nec calidus, incipiens te evome-  
re ex ore meo: ergo contritio non potest sta-  
re in actu remissio. Confir. 2. Pœnitentia de-  
bet esse ex toto corde, tota fortitudine, &  
totis viribus: ergo debet esse summa inten-  
sio. Relp. neg. ant. ad prob. neg.  
conf. Scriptura plus non exigit, quam  
appreciationem summarum, & actum chari-  
tatis, qui impletat leges amicitiae: ceterum  
ali quando suaderet, & consiliter intentionem  
doloris, ut utilem ad tollendam etiam pœ-  
nam temporalem, vel in toto, vel in par-  
tem, sed non ut necessarium: aliquando  
autem tantum resert, quid sancti viri fecer-  
int, non quid absolute necesse sit facere.  
Ad 1. confir. dist. ant. Scriptura repre-  
hendit actus remissos, hoc est, negligentes.  
con. ant. tantum carentes intentione. neg.  
ant. & conf.

274. Ad 2. confirm. neg. conseq. Ver-  
ba illa ex toto corde &c. ponuntur in Scri-  
pturis, quando explicatur primum manda-  
tum, seu præceptum charitatis: & quam-  
vis non sint verba prorsus eadem apud o-  
mnes Evangelistas, ut observat Bellarminus  
tom. 2. controv. 2. de membris Ecclesie l.  
2. de Monachis c. 13. §. Deinde Matthæus.  
tamen, ut habet idem Cardinalis ibidem §. an-  
teced. & Cornelius in Deutron. c. 6. v. 5. §.  
Tertio unum, idemque significant, & tantum  
adhibentur ad indicandam maiorem energiam:  
cum certè 3. Regum 14. v. 8. dicit Deus de  
David: Secutus est me in toto corde  
suo: & 4. Regum 23. v. 25. dicitur de Jo-  
sua: Similis illi non fuit ante eum rex, qui  
reverteretur ad Dominum in omni corde  
suo, & in tota anima sua, & in univer-  
sa virtute sua: nec tamen, ut ait Bellar-  
minus cap. modo cit. §. Præterea, quisquam  
auderet, Josiam anteponere Davidi. Qua-  
re, ut auctores gravissimi magna cum ra-  
tione tradunt, istud toto corde, vel to-  
totis viribus, tantum significat maximum  
appreciationem, seu primam curam, ac flui-  
dum, quo homo in aliquid fertur: & sic  
dicitur 2. Regum 15. v. 13. Tota corde u-  
niversus Isræl sequitur Absalom, & Gen. 31.  
v. 6. dixit Jacob uxori suis: Ipse nôstris  
quod totis viribus meis servierim patri ve-  
stro: quin his locis significetur summa inten-  
sio.

275. Ob. 2. ex SS. Patribus. S. Cy-  
prianus, serm. de lapsis sub finem ait:

Quam

### Qualis non debeat esse Contritio Justificativa.

69

Quam magna delinquimus, tam granditer  
descamus: alto vulneri diligens, & lon-  
ga medicina non defit: pœnitentia criminis  
minor non sit: & S. Augustinus, citatus n.  
267. ait, considerandum esse menuram dol-  
oris, scilicet intentionem: ergo. Relp.  
neg. conf. S. Cyprianus sermone illo ele-  
gantissimo loquitur de iis, qui metu ty-  
rannorum idola coloure: quos ait, ante  
pœnitentiam non debet accedere ad sacra  
communionem. Addit, non fatis es-  
se, si à martyribus, vel confessoribus, re-  
cipiantur in communionem; cum marty-  
res non semper habeant potestatem ita re-  
cipiendi, neque possint contra Evangelium  
mandare, ut sine pœnitentia recipiantur la-  
psi: innuit insuper, satisfaciendum etiam  
esse Ecclesiæ, & pœnitentiam propterea a-  
gendam.

Tandem ferme sub finem subjungit  
textum objectum, qui tamen tantum est  
adhortativus, nec ullatenus probat, dolore  
intensum esse necessario requiritum, ad  
justificationem tantum internam; quanvis enim  
ad absolutionem ab excommunicatione  
impetrandum, vel etiam ad satisfaciendum  
Ecclesiæ, per scandalum lafæ, vel etiam ad  
satisfactionem sacramentalem, non statim  
sufficiat quævis contritio perfecta, non se-  
quitur, eam non sufficeret præcise ad julti-  
ficationem interiorum. Eodem modo ex-  
plicandus est S. Augustinus; quia etiam ibi  
scilicet enchyrid. c. 65. subjungit, quod re-  
git ab Ecclesia etiam contritis injungantur  
adhuc aliæ pœnitentie, ut satisfiat quoque ipsi  
Ecclesiæ, cui occulcus, sive non semper plenè  
perspectus, est dolor pœnitentis: quod au-  
tem, ad justificationem præcise internam,  
non sufficiat dolor appreciativè summus,  
si non sit etiam summus intensivè. S. Augusti-  
nus ibi non docet, neque ex antecedentibus,  
aut ex consequentibus, id colligi pos-  
tum.

276. Ob. 3. S. Ambrosius ad virgi-  
nem corruptam, seu lapsam c. 8. seu uti-  
lissima scribit: Quanta putas, & qualis est  
necessaria pœnitentia, que, aut aquæ eri-  
men, aut certè excedat? Hugo de S. Vi-  
ctorie de sacramentis Christianæ fidei l. 2.  
part. 14. c. 2. ait: Si in correctione minor  
est afflictio, quam in culpa suis delectatio,  
non est dignus pœnitentia tua fructus: ergo.  
Relp. Liber ad virginem lapsam non  
est S. Ambrosij, ut observat Bellarminus  
de script. Eccles. obseru. in opera S. Ambro-  
sij; quia est liber cit. c. 8. continet ero-  
rem Novatianum, quod scilicet peccato-  
rum, contra Deum propriè commissorum,  
venia non possit ab alio dari, quam à solo  
Deo.

Dein, si quis omnia, quæ ibi dicun-  
tur, deberet facere ad habendam justifi-  
cationem, deberet nuncium remittere facu-  
lo, & semper in cinere, & cilicio, jeju-  
nio, & fetu, usque ad ultimum vitæ di-  
em hærente; quare neque est auctor, quiscumque  
sit, loquitur tantum de remissione cul-  
pæ, sed etiam de remissione pœna: nec  
tantum docet ea, quæ absolute necessaria  
sunt, sed suadet etiam utilia. Hugo au-  
tem de S. Victore distinguat inter pœnitentia  
& fructus pœnitentia: & hos non  
cessit esse necessarios, ad remissionem cul-  
pæ, sed pœna, de qua ibi ei est fermo:  
quod constat ex c. seg. seu 3. ubi docet,  
etsi quis non fecerit latis fructuum pœnitentia  
seu nondum tantam pœnitentiam,  
qua extinguit omnem pœnam, esse adhuc  
purgatorium ignem in altera vita: Ma-  
gnus est, inquit, si in hac vita incipere  
peccatis, etiam non perficias; nam & post  
mortem ignis quidam purgatorius dicitur,  
ubi purgantur, & mundantur, qui hie  
corrigi cœperunt, & non perfecerunt.

277. Ob. 4. Tridentinum sess. 14. c.  
2. requirit in pœnitentia magnos fletus, &  
labores: ergo requiritur intentio. Relp.  
dist. ant. requirit eos tantum ad delendam  
culpam, neg. ant. ad delendam pœnam o-  
mnem, etiam temporalem. conc. ant. &  
neg. conf. Distinctus ibi Concilium effec-  
tum baptismi, ac pœnitentia, atque, per  
illum nos consequi plenam, & integrum re-  
missionem, & novam omnino creaturam  
fieri, hoc est, omnino mundam, ita ut  
si quis tunc moreretur, nihil illum ab in-  
gressu cali remoreretur, ut eadem Syno-  
dus prius sess. 5. can. 5. definierat. At ve-  
ro loco objecto ait: Ad quam tamen novi-  
tatem, & integritatem, per sacramentum  
pœnitentia, sine magnis nostris fletibus  
& laboribus, Divina id exigeante justitia,  
pervenire nequaquam possumus: nos au-  
tem non dicimus, per quamlibet contriti-  
onem perfectam liberari hominem etiam à  
pœna temporali: sed tantum ab æternâ.

278. Ob. 5. Catechismus Tridentini,  
sive Romanus de sacraen. pœnit. titulo.  
Contritionis propria vis, & efficacia. ait:  
Sumnum vero, & maximum dolorem ex  
peccatis, que commissa sunt, suscipiendum  
est, ita, ut nullus major excogitari pos-  
sit &c. & inferius de eadem contritione ait:  
Sit præterea non solum maxima, sed  
vehementissima, atque adeo perfecta, o-  
mnemque ignoriam, & sororiam excludat.  
Postea titulus. De confessione, sacramentum  
pœnitentia altera parte &c. sic docet. Ut  
enim hoc concedamus, contritione peccato-  
rum deleri, quis ignorat, illam adeo vehemen-  
tem, acrem, incensam esse portere, ut dol-  
oris acerbitas cum scelerum magnitudine  
equari, & confirri possit? At quoniama  
pauci ad hunc gradum pervenirent, siebat  
etiam, ut à paucissimis, hac via peccato-  
rum venia speranda esset: ergo contritio,  
extra sacramentum justificativa, debet esse  
valde intensa. Respondet non malus qui-  
dam recentior, cum hic Catechismus sit  
editus iussu S. Pij V. qui propositiones Ba-  
janas primus confixit, non esse credibile,  
in eo doceci, quod contritio, involvens  
verum actum charitatis, quamvis non in-  
tensum, possit stare cum peccato gravi;  
unde concessis his textibus neg. conf. nil  
enim

13

enim contra nostram doctrinam inde deducitur.

279. Quod attinet ad i. textum, non potest in eo intelligi, summus, & maximus dolor, quoad intensionem; nam hic neque possibilis est: summus autem dolor, relata ad auxilium gratiae de praesenti collatum, valde est difficultis, ut probatum n. 262. quare tantum intelligitur dolor summus, & maximus appreciativè, seu, qui attinet sumnum, & maximum motivum bonitatis Divinitè, propter se super omnia amazat. Hac responsio firmatur ex eo, quod contritionem debet esse summum dolorem ibidem sic probetur: Cum perfecta contritio sit charitatis actio, quæ ab eo timore, qui filiorum est, proficiuntur, pates, cunctam charitatem, & contritionis modum sustinendum esse: at quoniam charitas, qua Deum diligimus, perfectissimus est amor; hinc fit, ut contritio vehementissimum animi dolorem conjunctum habeat; ut enim maxime diligendus est Deus, ita, que nos & Deo alienant, maxime detestari debemus.

Ex quibus sic arguitur. Actus charitatis, etiam quo impletur mandatum de diligendo Deo, non debet esse summus intensivus, ut pater ex dictis n. 274, ergo neque contritio, sed utrius sufficit, amplecti summe appreciativè, lumen, & maximum motivum, super omnia. Adde, quod in Catechismo memorato post pauca subiungatur ratio prius/dictorum hæc, scilicet, quod amor Dei omnibus rebus antependens sit, ita, ut nec vita conservanda gratia peccare lebeat: quia tantum significant summam appreciationem summi motivi.

280. Ad 2. textum. Resp. eum non loqui de contritione, tantum necessaria ad delendam culpam, sed de alia perfectiore; nam paulo post subiungitur: *Si id minus consequi nobis licent, ut perfecta sit, veratamen, & effigie, contritio esse potest: inferioris autem titulus. Fructus, & utilitates contritionis.* ait idem Catechismus, vera contritionis vim esse, ut debeat omnem culpam, verbis vult: *Ex quo licet cognoscere, vera contritionis, de qua supra dictum est, eam vim esse, ut illius beneficio omnium delictorum veniam faciat a Domino impetreret.*

Quid autem ad veram contritionem requiratur, exponit titulus praecedens. Singula pecata &c. sic docens: *Ex his igitur colligi poterunt, quia ad veram contritionem maxime sunt necessariae.... Primum enim ne esse est, peccata omnia, que admisimus, odisse, & dolere.... Alterum, ut ipsa contritio, confitendi, & satisfacienti voluntatem conjunctim habeat.... Tertium, ut penitens vita emendanda certam, & stabilem cogitationem suscipiat.* Quibus paulo magis explicatis tandem subhinguit. Hec sunt, quae fidelibus in contritione observantia sunt: cetera, que ad hanc rem colligi a passibilibus facile poterunt, sufficiente quidem, ut in

*suo genere contritio sit magis perfecta, & absoluta: verum adeo necessaria existimanda non sunt, ut sine his vera, & salutaris penitentia ratio constare non posset.* Addo tantum, illud dolore intelligendum esse de dolore ex amore Dei super omnia, de quo dolore Catechismo sermo est, ut patet ex numero preceps.

281. Ad 3. textum. In primis nota, Bel-  
gas quosdam voluisse, legi debere **intensam**:  
sed exemplaria exhibent vocem **incensam**:  
dein dico, cuilibet actui perfectæ contri-  
tionis, seu charitatis, etiam remissio, hæ-  
predicata convenire; eff enim utique vehe-  
mens actus, qui efficaciter vincit omnia ob-  
stacula amicitia Divinæ, occasiones, volu-  
ptates, commoda, quamvis alias vhemem-  
ter amata, terrores etiam apparentium ma-  
lorum, & quocunque ab amicitia illa revo-  
care possent: similque animum reddit para-  
tum, ad subeundam quævis dura, sub gravi  
præcepta. Est etiam dolor acer; quia uti-  
que acriter affigit animum, dum appreciat-  
ive magis dolet de peccato, quam de quo-  
cunque alio objecto, & avellit cor ab objec-  
tis prius valde amatis, à quibus non sine  
aceri dolore abstractur. Est insuper dolor  
incensus; quis est essentialiter ex igne cha-  
ritatis profectus, quanquam careat acel-  
dentali inflammatione.

282. Ad illud autem, quod doloris acerbitas debeat cum scelerum magnitudine æquarri. Resp. non debere dolorem ita æquparari magnitudini scelerum, ut contrito sit tam bona, quam mala fuere peccata; hoc enim, ut suppono ex *tr. de incar.* an. 31. impossibile est: nec etiam, ut contrito sit tam intensa, quam intensa fuere peccata; hoc enim non requiri probatum est n. 264. ergo tantum debet æquiparari quod appreciationem, scilicet, ut, sicut peccando Deus fuit postpositus creaturis, ita nunc econtra omnibus, etiam vice propria, præponatur. Quia autem ad hunc actum, & tantam appreciationem, pauci pervenient, & præsertim pauci pervenire in testamento veteri, ubi gratia adhuc parcius subministrabatur; hinc utique magnum beneficium est, quod sacramentum penitentiae sit institutum: id, quod ibi potissimum intendit Catechismus ostendere. Et sic debet concordari Catechismi hujus doctrina cum eius fonte, seu fundamento, hoc est, cum Tridentino, itenque cum Pontificis definitionibus.

283. Ob. 6. Scotus in 3. diff. 27. q. u-  
nica §. De primo dico, air, Deum vi prae-  
cepti maximi diligendum esse super omnia,  
non tantum extensivè, sed etiam intensivè;  
ergo. Confirm. S. Bonaventura in 4. diff.  
16. p. 1. a. 2. g. 1. docet, majorem, & in-  
tensivèm esse dolorem contritionis, quia  
sunt omnes alii dolores de rebus creatiis: er-  
go. Relp, neg. cons. Scotus loc.cit. ut ma-  
nifestum est legenti, intentionem dividit in  
duplicem: unam, quam vocat firmatis:  
alteram, quam vocat tenetritudinis: expli-  
catusque primam exemplo patris, qui firmius  
amat filium; alteram exemplo matris, qua-  
eum

am amat tenerius: & dein ait, debere con-  
tritionem habere intensionem firmitatis,  
non ver illam teneritudinis: quod non est  
contra nos, qui utique dicimus, contritionem  
debere finius adhaerere Deo, quam om-  
nibus aliis. Quare tantum est aliqua diver-  
sitas in modo loquendi; quia nos firma-  
tem istam, faltem tanquam attributum, at-  
tribuimus appreciationi: Scotus autem eam  
ab appreciatione distinguit, & ad aliquam  
intensionem revocat.

Ad confirm. neg. ant. Doctor Seraphicus tantum docet, nolorem contritionis debere esse maximum; sed maximum, in quantum dolor dicitur difficultas rationis, hoc est, appreciativè maximum, ut clarum est ex contextu, & mihi videtur manifestum; nam dicit S. Doctor, charitatem in te posse esse parvam, & magnam, hoc est, remissam, & intenam; sed comparativè ad alios amores debere esse maximam, hoc est, ut exponeat, debere habere prædominium in corde: quod ulterius explicat dicendo, debere Deum amari super omnia, & pro nullo commendo, vel incommmodo offendii: addit ad penultimam objectionem, quod dolor quivis parvus non informetur gratia, nisi habeat prædominium in corde: ex quo inferitur, illam contritionem informari gratia, que habet illud prædominium.

284. Ob. 7. Angelicus præter textus  
jam objectos n. 223, insuper l. 2. q. 113. a.  
10. incorp. sic ait: *Est enim iste communis,  
& conjectus, ut, usiūtificatiōnēs, ut, Deo  
movente interius animam, homo converta-  
tur ad Deum, primo quidem conversione  
imperfecta, ut p[ro]modum ad perfectam de-  
veniat; quia, ex iustitia inchoata meretur  
angeri, ut antea mereatur perfici, sicut S.  
Augustinus dicit: ergo convercio, etiam ex  
charitate inchoata, leu remissa, est imper-  
fecta: adeoque nondum est iustificans.*  
Resp. neg. conf. S. Doctor ibi per conver-  
sionem perfectam non intelligit tantum ju-  
stificantem, sed eam, quæ est tanta, ut sit  
præter ordinem communia, &, ut ait, mi-  
raculosa, qualis fuit, ut ibidem dicit, con-  
versio S. Pauli.

Reliquas autem ordinarias conversio-  
nes, hoc est, quæ non statim attingunt ma-  
gnum gradum perfectionis, sed restant  
intra ordinarios limites, vocat imperfectas:  
& sic etiam homines justos sapè dicimus es-  
se imperfectos. Nec exemplum infirmi, qui  
successivè sanitatem recipit, aliud probat;  
nam, licet ordinariè per medicinas quis non  
statim recipiat plenam, ac perfectam sanita-  
tem, potest tamen recipere sanitatem sim-  
pliciter dictam, qua deus magis perficiatur.  
Quare per charitatem inchoatum. Doctor  
hic intelligit, charitatem aliquam veram,  
sed remissam, quæ deinde accidentaliter perfici-  
atur, ut notavimus. *n. 211. c. 22.*

285. Ob. 8. contra 2. concl. Peccatum est summum malum : ergo contritio debet esse saltēm comparativē summa. Confirm. 1. Est indecens, ut quis doleat magis de alio obiecto, quām de offensa Dei : ergo. Confirm. 2.

Deus ob peccatum exigit penam intensivè majorem, quam fuerit voluptas peccati; ergo etiam exigit talem contritionem ad remissionem peccati. Resp. neg. cons. sufficit enim, si contrito habeat id, quod Deus requirit, scilicet maximam appretiationem; quia etiam summè intensa contrito tamen peccatum omnino adquare non potest *ex n. 282.* Ad 1. confir. dist. ant. est indecens, ut quis doleat magis appretiatio de alio obiecto, quam de offensa Dei. conc. ant. est indecens, ut quis magis doleat intensivè, subdist. est indecens negativè. conc. ant. est indecens positivè, & quidem indecentiæ contritioni vera opposita, neg. ant. & confir.

286. Interim non nego , SS. Patres  
merito reprehendere intenziorem amorem  
erga creaturas , quam erga Deum . Ratio  
eorum est; quia talis amor potest esse occa-  
sio multorum peccatorum venialium : & so-  
lo avertere à cognitione , & amore Dei ma-  
jori; attamen hac omnia non sunt opposita  
contritioni perfecta ; quia , etiam si actualis  
talis amor (posito etiam , quod esset venialiter  
peccaminosus ) daretur in homine , volente  
elicere contritionem , istam non impeditur,  
ut dictum n.271. Attamen non solet ordi-  
nari conjunctus esse talis alius amor con-  
tritioni : sed communiter tunc praescinditur  
ab aliis objectis : sive autem talis amor  
antecedit , aut equitur. Ad 2. confir. neg.  
con. Deus in altera vita exigit etiam po-  
nam gravissimam , & eternam ; unde non est  
paritas ab illa pena ad poenitentiam , in hac  
vita agendum ; alias cur non etiam intra sa-  
cramentum deberet elici intensissimum do-  
ctor? vel quare non extra sacramentum re-  
queretur dolor eternus , aut falso per to-  
tam vitam durans?

287. Ob. 9. contra 3. & 4. conclusionem.  
Si contritio, nec debet esse intensa, nec aliquamdiu durare, possumus esse certi, quod cum eliciuerimus: adeoque esse certi de nostra iustificatione: sed hoc est falsum ex Tridentino *sej. 6. c. 9.* ergo. *Resp.* neg.  
nam quia tamen non possumus absolute certi scire, an simus iustificati, vel gratia restituti, etiam si tantum requiratur contritio emissa, & unico tantum momento durans; quia nec de ista possumus absolutè certo sci-  
re, an fuerit actus supernaturalis, vel etiam, a fuerit amor Dei omnino purus sine omni d nos respectu. Dico, nos non posse hoc absolue certi scire; nam moraliter aliqua, altem inferioris nota certitudine, sufficiens ad excludendum nimium timorem, & anxietatem, in homini salutis sua studio-  
lo, sciri id potest; quia Tridentinum tan-  
tum excludit certitudinem omnino infallibili-  
mem; si enim habet *loc. cit.* *Cum nullus sci-  
re valeat certitudine fidei, cui non potest  
libere falso, se gratiam Dei esse conse-  
cutum.* Illud quoque *Ecclesiasticis 9. v. 2.*  
*desit homo, urum amore, an odio dignus  
est: certitudinem tantum absolutam ne-*  
*at.*

288. Ob. 10. contra s. conclusionem.  
Quot

Quot sunt peccata, tot sunt aversiones à Deo, & conversiones ad creaturas: ergo falso, quando quis potest, debet elicere tot contritiones, seu conversiones ad Deum: maximè, quando quis vult confiteri. Confir. Catechismus Tridentini de sacram. penit. titulo. Singula peccata &c. ait: Maxime autem hortandi, & monendi sunt fides, ut ad singula mortalia crimina proprium contritionis dolorem adhibere studeam: ergo. Resp. neg. conf. alias, qui per plures annos continuas in initiam Dei, deberet per plures annos continuare etiam contritionem: & qui sepius sacrilegii confessus esset, deberet sepius rite confiteri.

Ad confir. neg. conf. Catechismus Tridentini loc. cit. hortatur quidem fideles, ut de singulis peccatis gravibus peculiarem contritionem eliciant: sed non dicit, id esse necessarium ad veram penitentiam: imò inferius dicit de Deo: Peccatorem paternam charitate complectitur, simul aquae illæ se colligerit, & universi peccata sua desistat (qua dein alio tempore, si facultas erit, singula in memoriam reducere, ac detestari in animo habeat) ad Dominum se converterit: quibus verbis docet, sufficeret dolorem universalem: esse tamen singula in memoriam revocanda (quando scilicet obeunda est confessio) & tunc ita in memoriam revocata esse uno actu universalis, ad singula te extende, dñestanda: nec plus velle Catechismus censendus est ob rationes omnino graves, à nobis n. 269. allatas.

289. Ob. 11. Ezechias Isaia 38. v. 15. dicit Deo: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anima mea. & David psal. 10. v. 6. & 7. ait: Cogitavi dies antiques, & annos eternos in mente hasui, & mediatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum: seu, ut Augustinus legit: seruit ab eo spiritum meum: ergo Scriptura petit distinctam peccatorum recognitionem ad penitentiam perfectam, seu contritionem. Confirm. Lev. 4. delibebunt varia sacrificia pro peccatis instituta: atque, utrata adhiberentur, necessaria erat distincta peccatorum admissionum recognitio: ergo hac distincta recognitione requirit ad penitentiam, etiam extra sacramentum.

Resp. neg. conf. Scriptura illis locis indicat, quid Sancti illi fecerint, non ad quid obligati fuerint: sic psal. 101. v. 10. dicit David: Cinerem tanquam pavem manducabam, & potum meum cum fletu misericordiam, & potum meum cum fletu misericordiam, & potum meum cum fletu misericordiam, an ad hoc etiam obligantur penitentes? Ad confirm. neg. conf. Quod attinet ad illa sacrificia, eorum institutio, seu obligatio, se aliquo modo habebat, ut lex confessionis in novo testamento: & contrito erat votum offerendi illa sacrificia; unde in eo casu non erat necessaria recognitione peccatorum, præcisæ ratione contritionis, sed ratificatione sacrificii offerendi.

290. Ob. 12. S. Chrysostomus ho-

mil. 9. in epist. ad Hebreos, in moralis circ. medium, ait: Sin autem dixi: Sum peccator: ex autem per species non cogitar, ne suscipiant, & non dicis: Hoc, & illud peccatum admisi: nunquam cessabit: ergo requiritur distincta peccatorum recognitio. Confirm. 1. Pœnitens debet esse judex, & medicus suis: talis esse non potest, si non distincte recognitet, vel consideret sua peccata: ergo. Confir. 2. Pœnitens, nisi distincte recognitet peccata sua, non potest magis dolere de peccatis gravioribus, quam de minus gravibus: sed hoc debet necessariè fieri ex n. 239. ergo. Resp. neg. conf. S. Chrysostomus ea homiliâ docet, non posse secundo baptismi peccata, post primum baptismum commissa, ablui, sed agendum esse de ipsi penitentiam; loquitur autem de confessione, que feliciter ordinariè fieri debet: quod patet legenti eam homiliam, & quem statim ex verbis textui objecto immediate subjunctis: Semper quidem confitens, curam autem nullam gerens correctionis: adeoque non docet, recognitionem illam necessariam esse ad habendam præcisæ contritionem, sed tantum necessariam esse ad confessionem, vel etiam meliorem emanationem. Addit. quod ibi multa dicat, penitenti convenire, que necessaria absolute non sunt, ut de dandis elemosynis, de lachrymis, per diem, ac noctem.

291. Ad 1. confir. neg. ant. Id officium spectat ad confessariū: & si aliquando pœnitens ratione propositi, quo discerni facilius oblationibus suis, e. g. restituere res alienas, debet esse quasi index, scilicet urgens ad executionem &c. id non requirit ratione contritionis præcisæ; nam, si etiam restituere non posset, vel invincibiliter oblationem nesciret, tamen veram contritionem elicere posset: quin imò in hoc calu, in ordine ad contritionem, non tam opus est recognitione, seu examinatio peccatorum, quam proposito facilius oblationibus, ortis ex peccato, quod ipsi aliunde jam incidit. Ad 2. confir. dist. ant. Pœnitens, nisi distincte recognitet peccata, nequit magis dolere de gravioribus explicitè. conc. ant. implicitè. neg. ant. & conseq. sufficit autem implicitè ita dolere, ut dictum n. 239. & 240.

#### QUÆSTIO IV.

De Proposito.

#### ARTICULUS I.

Quærequitur Propositorum in Pœnitente.

292. Q uæstio hæc, ut ex dicendis patet, non tantum spectat ad virtutem penitentie, sed vel maximè etiam ad sacramentum; quia tamen jam egimus de attritione, que tam ad virtutem, quam ad sacramen-

#### Quærequitur Propositorum in Pœnitente.

73

tum penitentie pertinet, addamus etiam propositum, quod etiam tam ad virtutem, quam ad sacramentum penitentia spectat, & magnam habet cum contritione, & attritione connexionem. De hoc proposito facit mentionem Tridentinum s. f. 14. c. 4. ubi ait, debere contritionem esse cum proposito non peccandi de cetero: attritione vero cum sacramento sufficere, si voluntatem peccandi excludat. Eandein doctrinam jam prius proposuerat Concilium Florentinum in decreto Eugenij pro Armenis. Quatum sacramentum, dicens: Cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commissio, cum proposito non peccandi de cetero. Queritur jam, quale debeat esse hoc propositum, tum, quando elicitor contritio extra sacramentum justificativa, tum, quando elicitor attritio in ordine ad sacramentum.

293. Dico 1. Ad penitentiam extra sacramentum justificativam, sive ad contritionem perfectam, requiritur propositum efficax, & universale de cetero non graviter peccandi. Ita omnes. Prob. Contritio perfecta debet esse actus ex motiva amoris Dei super omnia, & volens implere leges amicitiae inter Deum, & hominem (de qua n. 236. dictum) atqui est per se clarum, quod actus amoris Dei super omnia sit, vel formali est, vel factum æquivalenter, propositum non offendit deum graviter, seu ipsum non postponendi aliis magis amat: sive sit propositum, non amandi alia magis, quam Deum, item, quod actus volens, implere leges amicitiae, sit propositum non faciendo aliquid disolvens amicitiam, quale est omne peccatum grave: ergo. Confirm. Nequit dari vera conversio peccatoris ad Deum, nisi si firmiter statuat, ac sibi proponat, Deum non amplius graviter offendere, nec ejus amicitiam disolvere: sed contritio perfecta est vera conversio ad Deum, & quidem statim justificans: ergo nequit dari sine eo, quod quis sibi proponat, Deum non amplius graviter offendere.

294. Dico 2. Etiam ad penitentiam intra sacramentum requiritur propositum efficax, & universale, de cetero non peccandi graviter. Ita S. Thomas 3. p. q. 87. a. 1. ad 1. Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 4. sec. 3. n. 5. Navarrus in manual. c. 1. n. 9. Coninck de sacram. tom. 2. disp. 2. n. 130. Layman l. 5. tr. 6. c. 4. n. 20. Palao tr. 23. punct. 2. n. 16. Lugo de paup. disp. 14. sec. 5. n. 51. & 52. Gormaz de paup. n. 150. & seq. Tamburinus method. expedit. confession. l. 1. c. 3. n. 14. & 15. Pallavicinus l. 7. de paup. c. 28. n. 283. Haunoldus l. 4. tr. 4. n. 997. La Croix l. 6. p. 2. n. 898. & communis, contra Dicatillum de paup. disp. 2. n. 70. & seq. ac pauco alio. Prob. conclusio. Tridentinum, & Florentinum, ad hoc, ut penitentia intra sacramentum sit vera, exigunt, ut sit conjuncta cum proposito non peccandi de cetero: que verba saltem debent intelligi de proposito non peccandi graviter:

R.P. Ant. Mayr Theol. Tom. II.

cumque hæc propositio sit in materia dogmatica, est universaliter accipienda, praesertim, cum nulla ratio sit eam restringendi: ergo propositum de cetero graviter non peccandi, universaliter sumptum, & excludens omnem grave peccatum, requiritur.

Confir. Ut paulo ante dictum est, nequit intelligi vera conversio peccatoris ad Deum, quin si firmiter sibi proponat, Deum non amplius graviter offendere, nec amicitiam ejus abrumperet: ergo. Monet ratiocinio Suarez loc. cit. aliud esse, proprie in futurum non peccare: aliud judicare, se perseveraturum constantem in hoc suo proposito: prius est actus voluntatis, pendens tantum ex presenti dispositione animi, nolentis peccare, & ideo solum est necessarium: posterius vero est actus intellectus, pendens ex futuro eventu, & hinc non est necessarium: imò addit. Eximius, consulendum esse infirmioribus, ut de eo iudicio formando non cogitent.

295. Dico 3. Ad sacramentum penitentia requiritur etiam propositum efficax, vitandi omnes occasiones proximas graviter peccandi, si possunt vitari. Ita omnes, & probatur. Occasiones istas non vitare, si possunt vitari, est grave peccatum: ergo, si est debet adeste propositum vitandi peccata alia, ita etiam propositum vitandi istas occasions. ant. prob. ex illo Ecclesiastici 3. v. 27. Qui amat periculum, in illo peribit: & mortaliter censetur quasi idem esse, committere peccatum, & voluntariè se conjicere in periculum illud committendi. Secundò. Sicut non censetur velle videtur mortem, qui sponte se conjicet in periculum proximum mortis: ita non censetur velle vitare peccatum, qui voluntariè se conjicet in proximum ejus periculum.

296. Confir. ex propositionibus damnatis, ex quibus 4.1. ab Alexandro VII. damnata sic habet: Non est obligandas concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hec nimis utilis est ad oblectamentum concubinarij, vulgo regalo: dum deficiente illo, nimis agez ageret vitam, & alia opula a dio magno concubinarij afficerent, & alia famula nimis difficile inventaretur. & 61. ab Innocentio XI. damnata sic habet: Potest aliquando absolviri, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam poteſt, & non vult omittere: quin imò directe, & ex proprio querit, aut ei se ingerit. & 62. Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta, non fugienda occurrit. item 63. Licitum est, querere directe occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi. Huc etiam potest referri propositio 60. ab eodem Innocentio damnata; quia ratio ejus damnanda videatur esse obligatio vitandi occasions proximas peccandi: propositio autem sic sonat: Pœnitenti habent consuetudinem peccandi, contra legem Dei, natura, aut Ecclesia, est emendationis spes nulla apparent, nec est neganda, nec differenda absitio, dummodo

K